Quelle:
Copyright:



Cod. CCLX.

Chart: Fol: Sec: 15.

B 4. 1.

1.

M: Ch: Zoltaw quæst: in quatuor libros Sentent:

9a – 131

M: Ch: Zoltaw quæstiones in 4. libros Sententiarum. Quasi titulus est: "Queritur circa primum librum Sententiarum". Initium vero: "Queritur utrum per studium sacre scripture aquiratur habitus alius a fide". In calce additur: "Est sic est finis questionum libri quarti sentenciarum &c Incepte per dominum Johannem et finite per Martinum". Asseris antici interiori parti inscriptum legitur: "Questiones Sentenciarum M: Ch: Zoltaw", qui tamen librorum censoribus plane ignotus videtur.

2.

Petri Lombardi Sentent: libri III. & IV.

132a – 269

Petri Lombardi libri Sententiarum III. & IV. Rubrica est: "Incipiunt Sentencie M: Petri Lombardi". Initium præfatiunculæ est: "Jam nunc hijs intelligendis." In fine: "Explicit quartus liber Sentenciarum", et manus aliena addidit: "anno domini 1173 vixit Magister Petrus Lombardi Episcopus parysiensis. Qui compilavit libros Sentenciarum ut habetur in Speculo hystoriarum. Idem Sententiarum textus habetur in Cod: CXXXIV n: 1.